



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Centvriæ Selectorvm Casvum Conscientiæ. I. II. III.tia**

**Burghaber, Adam**

**Fribvrgi Brisgoiæ, 1665**

42. Hermogenes æger præsentē iam Parocho cu[m] S. Eucharistia inuenitur à Confessario inualidè ab aliquot annis confessus, qui idcirco, si mors imminer, debet post expositionem aliquot peccatorum & ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40942**

mè si nullum afferant argumentum ab alijs non priùs bene expensum, vti fit in præsentì. Ad 3. hanc moderationem in ferendis legibus adhiberi debere, probè sciuit Tridentinum, & nihil contra eam facere se in statuto hoc nouo censuit.

XLII. *Hermogenes eger simul vocat Sacerdotem Religiosum, qui Confessionem suam excipiat, ac Parochum, qui dein se Confessione expiatum mox Sacro viatico muniat. Verùm Confessarius deprehendit Hermogenem à multis annis malè esse confessum, & iam indigere longiore tempore ad defectum hunc resarciendum. Queritur. Quid cum ipso faciat Confessarius, præsentè iam Paracho cum S. Eucharistia eidem agro porrigenda?*

Videtur Hermogenes admitti non posse ad S. Eucharistiam. Quia iuxta Trident. sess. 13. c. 7. Et can. 11. Sac. Eucharistia non potest permitti indisposito. Atqui Hermogenes est indispositus, vtpote existens in peccatis mortalibus, quæ necdum fuit confessus. Ergo &c.

Resp. Cum *Granado de Sacram. Contr. 7. Tr. 9. D. 5. s. 3. n. 20.* si ægro mors immineat, ita vt non super sit tēpus integrè Confessionis faciendæ, Confessariū audire debere illa peccata, quæ pro ratione temporis exponi possunt, & deinde factâ generali cæterorum accusatione Hermogenem absoluerè, ac statim ad sumendum viaticum admittere: Si verò

MORS

mors non immineat, nec spatio dimidiæ horæ integra Confessio fieri possit, debere Confessarium excitare Hermogenem ad perfectam contritionem eliciendam, & indicatâ obligatione Confessionis integræ alio tempore faciendæ eundem quoque ad S. Eucharistiam sumendam admittere: Ratio prioris est, quia sic occurritur omnibus incommodis, nam subuenitur infirmo per Confessionem & absolutionem, potrigitur Eucharistia, & vitatur scandalum. Ratio posterioris est, quia ex vna parte esset scandalum, si æger non comunicaret: ex altera verò est minùs inconueniens communicare absque Confessione, quàm cum ea præproperè facta.

*Ad rationem in contrarium dicimus, Hermogenem pro his circumstantiis sufficienter per contritionem elicitam esse dispositum, vt absolutè non dicatur indignus, & cum irreuerentiâ ad S. Eucharistiam accedere, perinde ferè, ut ille, qui proximè altare recordatur peccati mortalis, nec recedere absque nota famæ potest, ex communi Authorum non censetur indignus aut cum irreuerentia S. Eucharistiam sumere, si contritionem prius eliciat, & Confessionem proximè faciendam proponat.*

XLIII. *Hostilius refert, superioribus germanici belli annis in pluribus altaribus Sigillum, seu Sepulchrum fractum, vel etiam amotum fuisse, etsi*  
nulla